

Seu proximam progrediemur. Ad hujus mali ergo gene rationem primò facit aér, crassus, uodus, nebulosus, caliginosus, lacustris, maritus, paludum, stagnorum, fluviorumve vaporibus ac eluvie inquinatus, spiritus obscurans, sanguinem & humores labefactans, corpus aggrevans, cor inœstitia perstringens, mente in obnubilans: aut etiam nimis squalidus, siccus, humores corpusq; adurens.

XXII.

Magis vero in victu errores commissi, veluti sunt assumpti cibi pravi succi, difficilis coctionis quiq; alimentum crudum, crassum, pituitosum aut melancholicum flatulentumq; suppeditare solent, quales sunt præcipue panis nimium recens aut vetustus & mucidus, non benè fermentatus: legumina item, præter hordeum & avenam moderatè usurpatam, nec non ex oleribus blitum, atriplex & brassica. His accensenda ex radicum classe, rapa, raphanus, caltaneæ, nuc. aquat. allia, cepæ. Fructus quoq; horarii præsertim dulces, flatulenti, lenti & viscidii aut alias corruptioni obnoxii meritò hoc in morbo improbanuntur. Excipiuntur autem poma laudabilia acido dulcia, cerasa acida, uvæ pensiles, amygd. pineæ, pistachia, quibus & cappares accensendi, qui quia per se difficilis aliquantum sunt coctionis, passulis Corinth. Saccharo atq; aceti momento condiri queunt. Pistorium & lactarium omne genus caseusq; vitandus, ovaindurata, frixa: aves in paludi bus & stagnis degentes, caro suilla, bubula vetusta, ferina quælibet ferè, omnisq; sale & fumo indurata: pisces pa lustres & viscosi imprimis fumo seu aliter exiccati & sale conditi malo huiç überem materiam subministrant. Salis etiam & salitorum immodicus usus, sua calefaciendi, sicandi, constringendi & densandi vi viscera & humores accendere atq; in hypochondriis facile detinere potest. In genere